





MVTVA  
BELLA DEORVM  
PAVCIS DESCRIBIT  
ET  
PATRONOS AC FAVTORES  
AD AVDIENDAS ORATIONES  
ANNI AVSPICIO SACRAS  
ITEMQVE  
AD VOTA PRO SALVTE PVBLICA  
FACIENDA  
EA QVA PAR EST PIETATE  
OBSEQVIOSE INVITAT  
M. IO. GOTTLIEB BIDERMANN, R.

---

*FREIBERGAE*, Litteris IO. CHRISTOPH MATTHAEL

XCVI,

Abhorrez à jamais ces guerres intestines;  
L'Ambition fatale allume leur flambeau.  
De l'Univers entier vous faites des ruines,  
Et la terre se change en un vaste tombeau.

**Q**UUM homines profani de origine mali disputarent, alias praeter causas hanc etiam adferebant, quod ipsi dii mutuo odiis, obrectationibus, bellis ac pugnis se persequerentur. Et ORPHEVS quidem, teste PLATONE, a) vel potius Proclo, mundum ab initio haud unius dei imperio paruisse, sed sex fuisse, qui multa cum contentione de principatu contenderint, somnauit. Quis igitur miretur, tot ac tanta discordiarum semina in genus humanum esse immissa, ipsis diis tanto feruore altercantibus, quantum nec caelum capiebat, nec terra sustinebat. Quo fiebat, ut res male gestas in deorum culpam transferre non dubitarent. Ipsa certe Venus, cum Aenea de vera causa excidii Troiani disputans, disertis verbis ait, neque Helenae, neque Paridi, quod multis videbatur, mali istius culpam tribuendam esse, sed

- inclementia diuim

*has euerit oper, strauitque à culmine Troiam. b)*

Hanc indolem ac naturam, diis attributam, iam olim SOCRATES tam indignam diuina conditione existimabat, ut omnis religio ciuium suorum ei suspecta videretur. Vbi enim cum Eutyphrone super hoc argumento differit, alienissimum à maiestate numinis diuini adfirmat, c) *πολεμοι ει αι εν τοις θεοις προς αλληλους, και εχθρας δεινας, και μαχαις, mutua inter deos esse bella, et vehementes inimicitias et pugnas.* Neque alia mente PLATO d) suadet dissimulandas potius quam proplandas poetarum sententias, *οτι θεοι θεοις πολεμει και επιβουλευσι και μαχονται, quod dii aduersus deos vel bellum gerant, vel mutuo insidientur, vel aperte pugnent.* CICERO autem, quum de natura deorum exponit, e) indignatione commotus, haec deliramenta luxuriantis ingenii, et poetarum inprimis, grauius perstringit, qui deos induxerunt ira inflammatos, feceruntque, ut eorum bella, pugnas et proelia ac vulnera videremus, itemque odia, dissidia et discordias. Cum quo PLINIVS consentit, *super omnem impudentiam est, inquit, f) inter ipsos deos iurgia atque odia fingi.*

Et quidem testes huius rei plurimos excitare possemus, si chartae angustia pateretur. Ex multis igitur paucos audiamus, et inter eos primo loco HOMERVM, qui integrum fere librum vicissimum Iliados deorum certaminibus impleuit, ab Aristarcho θεων μαχαι inscriptum, cuius particulam, ut dictis fidem faciamus, iam exhibemus: g)

ἦτοι μὲν γὰρ ἐναντὶ Ποσειδάωνος ἀνάκτος  
ἴσατ' Ἀπολλῶν Φοῖβος, ἔχων ἰα πτεροεντα,  
ἀντὰ δ' Ἐναυαλιῶ θεα γλαυκῶπις Ἀθηνη,  
Ἥρη δ' αὐτῆσιν χρυσηλακάτος κελαδαινῆ

\*Agre-

a) in Tim. L II p. 93.  
edit H Steph.

b) Virg. Aen. II. 603.  
d) de republ. L. II. p. 378.

c) Plato in Eutyphr. p. 6.  
e) L. I. 16. f) Hist. Nat.

Ἄρτεμις ἰσχυραῖρα, κασιγνήτη ἑκατοιο.

Λητοῖδ' ἀντήση σαῖος ἐριενος Ἐρμῆς. h. e. contra Neptunum regem stabat Apollo Phoebus, habens sagittas pennatas, contra Martem autem caesia Minerva. Contra Iunonem stabat Diana sonora, aurea tela tenens, et sagittis gaudens soror Apollinis proculiaculantis: aduersus Latonam autem stabat seruatur perutilis Mercurius. Tantum vero illis ipse vel interesset, vel certe delectaretur. Ita nempe HOMERVS: h) - - ἐγελασσε δὲ οἱ Φίλον ἦτορ

γῆθοσση, ἐθ' ὄρατο θεῶς ἐριδι ζυνοῦσας. h. e. risit ei carum cor laetitiae, quum videret deos certamine congregientes. Ita HESIODVS i) eundem Iouem adducit dicentem:

- - ἦδη θῆρον ἐναντίοι ἀλλήλοισι  
νῆης καὶ κρείττος περὶ μαχόμεθ' ἡμῶτα πάντα. h. e. iam pridem aduersi nobis mutuo pro victoria et imperio omnibus diebus pugnauimus. Inprimis vero deorum cum Titanibus conflictum copiosis verbis persequutus, graui hoc epiphonemate finit: k)

τοσσοσ δαπνοσ ἐγεντο Θεῶν ἐριδι ζυνοῦστων: tantus erat fragor, diis consistantibus. Imo haec bella deorum mutua tam gloriosa et memoratu digna videbantur, ut una ex filiabus Pieri, certamen ingenii cum Musis initura, idem argumentum suo carnine dignissimum arbitraretur, his verbis illud auspicans: l)

Bella canam Superum.

Et haec certamina tam multa et tam frequentia prostant, ut poëtae fere nullum, certe maiorum, deorum commemorent, quin inter reliqua illius praeclara facta etiam pugnae cum aliis diis celebrentur. Initium faciamus à CAELO et TELLVRE, Aethere ac Die prognatis Ex quibus quum insignis filiorum multitudo procreata fuisset, quos HESIODVS nominatim recenset, m) quos vero pater, verens, ne imperio ab illis deturbaretur, omnes ac singulos in latebris terrae occultabat, mater pessimo consilio aduersus patrem eos infligbat, his uia verbis: n)

παῖδες ἐμοὶ καὶ πατρός ἀταδάλα, αἱ κ' ἐθελητε  
πειθεσθαι, πατέρος γε κακὴν τίσαιμεθα λαβῆν  
ὑμετέρεσ. h. e. filii mei et patris nefarii, si uolueritis mihi parere, patris vestri malam contumeliam ulciscemur. Ex his autem natu mininum, Saturnum, hoc negotium suscepisse, responsio docet, ab eo matri data: o)

μητέρεσ, ἐγὼ κεν τῆτο γ' ὑποχομενοσ, τελευταίμ  
ἐργον, ἐπεὶ πατέροσ γε δυσωνυμῶσ ἐκ ἀλεγειῶσ. h. e. ego, mater, hoc facinus in me recipiens peragam, patrem enim infamem nihil curo. Matre igitur et consilium et falcem suggerente, patrem non solum infidiis persequutus est, sed etiam subsceuit partes, unde creatus erat. p)

IUPITER autem non minori crudelitate aduersus patrem utebatur, quam ipse suos in filios usus fuerat, - - ἐβραῖω ἐμβασιλευσ

κατ'εὶ νῆησασ πατέρα Κρονῶσ, h. e. in caelo regnans, postquam patrem Saturnum vi superauerat. q) Nam posteaquam audierat, infidias sibi à patre sruui,

ἦχθερεσ

h) Iliad. XXI. 389.

i) Theogon. 646.

k) l. c. 705.

l) Ouid. Metam. V. 319.

ήχθαρσ τοκουα, r) odio parentem persequi-  
tus, collecta manu militum Cretensium, eum non solum regno eiecit, sed etiam  
vinculo constrictam in tartarum detrudit, et eadem falce, qua ipse patrem viri-  
libus priuauerat, genitalia illius amputauit, Itaque pater par pari talionis iure re-  
ferri, sentiebat,

- - νικηδσ τεχνητι βιηφι τε παιδοσ ειοσ, victus artibus et vi filii sui. s)  
Et hanc victoriam, quam deus de deo, et filius de patre reportauit, προητασ fini-  
xerunt tantum voluptatis ceteris diis attulisse, ut ipse Apollo in conuiuio deorum ad  
citharam eam decantaret. Id quod TIBVLLVS testatur, Apollinem canens, t) quem

- - - - - memorant, Saturno rege fugato,  
Victoris laudes tunc cecinisse Iouis.

Neque tamen, patre regno eiecto, Iupiter omnis contentionis expers fuit. Nam-  
que gigantes, iniuriam patri illatam ulturi, aduersus illum ita conspirabant, ut pa-  
rum abesset, quin imperii dignitate spoliaretur. Audiamus HOMERVM, hanc  
audaciam ita describentem; u)

οι θεα και αδανατοισιν απηλητην εν ολυμπω  
Φυλοπιδα τησεν πολυαικοσ πολεμοιο, h. e. diis immortalibus minā-  
bantur, sese in Olympo praelia vehementissimi belli facturos. Imo aliquando omnes  
fere dii aduersus eum insurgabant, quorum in numero ipse frater, coniux et filia  
ab HOMERO recensentur, nempe

οποτε μεν ξυνηδσαι ολυμπιοι ηθελον αλλοσ  
‘Ηην τ’ ησ Ποσειδαων, και Παλλασ Αθηνη, h. e. quum ceteri Dii,  
Iuno, Neptunus et Pallas ipsum vincire vellent. w) Alio autem tempore, quum  
rescuiisset, Iunonem excitata procella Herculem, cui ideo infensa erat, quod ex  
pellice Iouis, Alcmena, natus erat, in mari versantem misere vexasse, animum  
exacerbatum aduersus sororem et coniugem adeo manifestabat, ut ex caelo deli-  
ciendam catena constringeret, et duabus incudibus ad illius pedes adpensis, inter  
caelum ac terram relinqueret pendentem. Et quum reliqui dii hoc factum in-  
dignantem, Iunonem vinculis exsoluere niterentur, omnes caelo depellebat,  
quicunque eam propius accedebant. Id quod ipse Iupiter testatur, quo minus  
in dubium vocemus, his verbis coniugem compellans: x)

ε μιμη, οτι τ’ εκρεμω υψοθει, εκ δε ποδοισ  
ακμονασ ηκα δια, περι χερσι δε δεσμον ηηλω  
χρυσεον αβρηκτον, συ δ’ εν αιθερι και νεφελησιν  
εκρεμω, ηλασεν δε θεα κατα μακρον Ολυμπον  
επιταστων τεταγων απο βηλη. h. e. nonne recordaris, ut pende-  
ris ex alto, quum circa pedes tuos ponerem duas incudes, et manus tuas aureo  
et indissolubili vinculo constringerem, ut in aere ac nubibus haereret: et quamuis  
reliqui dii misericordia tui tangerentur, tamen accedendo exsoluere te non pote-  
rant; nam, quemcumque ego arripiebam, illum de caelo detrudebam. Vti vero  
Iupiter natura acer et iracundus erat, ita etiam reliquos deos, quibus praeerat,  
omni data occasione, ad dissidia et concertationes incitabat. Hoc docet HO-  
MERVS, canens; y)

r) id I. c. 138.

s) id I. c. 496.

t) L. I. Eleg. V. 10.

u) Odyf. XI. 312.

w) Iliad I. 399.

x) Iliad. XV. 17

y) Iliad. XX. 21.

πολεμον ἀλιανον ἐγχερε,  
 Βων δ' ἱμενοι πολειμονδε θεαι διχαι θυμον ἔχοντες, h. e. *Iupiter  
 bellum ineluctabile concitabat, quo facto, dii perrexerunt ire ad bellum, diuisum  
 animum habentes.*

Nunc vero, relicto Ioue, MARTEM, eius filium, bellis et pugnis insatiabi-  
 lem, videamus, et qui, ORPHEO indice, z)

ποθεαι ζιφσον τε και ἐγχεσι θην αμυσον, *hastis et gladiis certamen  
 perpetuum expetit.* Huius de rebus Irenue gestis et caedibus cruentis, quae illo  
 duce atque auctore factae sunt, quum hoc loco non attineat multa verba facere,  
 ea iam solum certamina commemoramus, quae cum diis fociis suscepit.  
 Namque in bello, quod cum gigantibus dii gerebant, ipse omnium primus arma  
 intulit. Ita enim CLAUDIANVS: a)

*primus terrificum Mauors non segnis in agmen  
 Odrysius impellit equos.*

In bello autem Troianorum, a quorum partibus Mars stabat, quum Minerva  
 Graecorum causae patrocineretur, hanc suam forem ille non solum contume-  
 liosis verbis exagitabat, sed etiam ad vehementissimum conflictum prouocabat.  
 Ita HOMERVS: b)

ηρχε δε Αρης  
 ζινοτορος, και πρωτος Αθηναην ἐπορεσε,

χραλκειον ἐγχος ἔχων, και οειδειον Φατο μυθος, h. e. *incepit autem  
 Mars chlypeum tundens, et primus Mineruam inuasit, et aeream hastam tenens  
 verba contumeliosa dixit. Quam male vero tunc res suas gesserit, ex verbis  
 eiusdem poetae sequentibus adparet: c)*

η δ' ἀναχατασασμενη λιθον εἰλετο χειρι παχηη,  
 τω βαλε δερον Αρηα κατ' ἀνχενα, λυσε τε γυια,  
 ἔπτα δ' ἐπεχε πελεθρα πεσων, ἐκονισσε τε χαιτας, h. e. *illa  
 autem (Minerva) retrocedens lapidem manu valida accepit, eoque fortem Mar-  
 tem iuxta collum percussit, et genua illius soluit, qui prolapsus septem iugera occu-  
 pauit, et crines suos puluere foedauit.*

VVLCANVS autem quemadmodum Ioui fulmina, et ceteris diis arma fa-  
 bricabat, ita non est, quod miremur, ipsum ad bella et praelia propensissimum  
 fuisse. Quum enim Iunoni ex caelo suspensae auxilium aduersus Iouem ferre  
 vellet, hic adeo indignabatur, ut caelo eum eiceret, et in insulam maris Aegei,  
 Lemnum, praecipitaret. Quo ex lapsu claudus factus, fatum suum his verbis  
 dolebat: d)

με ἀλεξεμεναι μεμαωτα  
 εἰψε ποδος τεταγων ἀπο βηλε θεσπεσιαιω,  
 πων δ' ἡμαρ Φερομη, ἀμα δ' ἡλιω καταδυντι  
 και πεσον ἐν Αημω, ολιγος δε τι θυμος ἐννεη. h. e. *me, Iunonem  
 adiuuare studentem, Iupiter pede proiecit, limine diuino deturbans: ego autem to-  
 tum diem ferebar, una autem cum sole occidente decidi in Lemnum, ut parum  
 animi mihi superesset.*

Neque

z) Hymn. in Mart. a) in Gigantomach, v. 75. b) Iliad, XI, 391. c) l. c. 403, seq.  
 d) Hom. Iliad, I, 590.

Neque deus PAN numero deorum mutuo pugnantium videtur eximendus, qui teste THEOCRITO, e) - - ἐν τῇ γὰρ πικρῷ, καὶ οἱ αἰεὶ δριμύτα χολὰ ποτὲ θνι καθεῖται, h. e. amarulentus est, et cui semper bilis grauis in naribus sedet. Hic enim cum Cupidine congressus quum colluctando inferior discederet, hanc meruit poenam, ut irrito amore in Nympham Syringem raperetur, quae, ut eius vim effugeret, implorato Terrae patrocínio, in calatum conuertebatur. f)

Quum vero a diis ad deas progredimur, videmus, etiam has a studio certandi et pugnandi cum sociis suis non abhorruisse. IVNO enim, soror atque uxor Iouis, quum non ignoraret, quam infinita pellicum multitudine ille uteretur, et quum deprenti toties iam nossset furta mariti, g)

- - ζαμηνῆσε καὶ ἤρῳεν ὦ παρακοιτη, h. e. maximo furore concitata cum marito suo contendebat. h) Praeterea autem in bello Troiano, ubi εἰν ἀλλοισι θεοισιν ἔρις πῶσε βεβριθια

συν τ' ἔπεσον μεγαλῷ ὄμαδα, h. e. inter deos grauis contentio incidit, et ipsi magno strepitu concurrerunt, i) eadem Iuno Dianam non tantum fortiter adoriebatur, sed feliciter etiam vincebat. Ita enim poeta: k)

- - ἀμφοτέρως ἐπὶ καρπῷ χειρὸς ἐμαρπτῶ σκαμ, δεξιτέρῃ δ' αὐτῆς ἀπ' ὤμων αἰνυτο τοῦζα, αὐτοισιν δ' αὐτῆς ἔδενε παρ' ἄτα. h. e. ambas ad primam palmae q) partem manus sinistra prebendebat, dextra vero ab humeris arcum rapiebat, ipsaque aures eius percutebat. Et quum Diana tam male tractata, hac de iniuria apud Iouem conquereretur, et hic quaereret;

τις νῦ σε τοιαῦτα δ' ἔρεξε, Φίλον τέκος θρανηνῶν μακρυδίας, ὅσπερ τι κακὸν θεξέσσαν ἐνωπη; quis tibi, filia caelitum, tam temere talia fecit, tanquam aliquid mali publice admissetes? l) haec ingenue confessa respondebat: σε μ' ἀλόχος συφελίξε, πατερ, λευκώλενος Ἥρη,

ἐξ ἧς ἀθανάτοισιν ἔρις καὶ νεῖκος ἐφῆπται, h. e. ὁ pater, tua coniux, venusta Iuno, me percussit, ex qua perpetuae contentiones et lites inter deos profiscuntur. m)

Iunoni merito adiungimus MINERVAM, quae Venerem, quamuis eiusdem secum dignitatis compotem, omni posthabito honore, indignissime tractauit. Quum enim haec Martem, humi prostratum, ex terra sustulisset, Minerua animo exacerbata

- - μετεσσυτο, χαιρε δὲ θυμῷ καὶ δ' ἐπιεσταμένη πρὸς στήθεα χειρὶ παχέῃ ἤλασε, h. e. concitata animo gaudens, eam adoriebatur, et manu extensa eius in pectus irruerat. n)

VENVS autem, licet amoris sit dea, quam Iupiter ipse à pugnis et iurgiis retrahebat, dicens: o)

ὲ τοι, τέκνον ἔμον, δεδοται πολεμῆια ἔργα, ἀλλὰ σὺ γ' ἡμεροῦντα μετερχο ἔργα γαμοιο, h. e. tibi, o filia, opera bellica non sunt commissa, sed tu procurato negotia coniugii: tamen non dubitauit, cum Minerua congressi, ita cum ea colluctans, ut p) το

e) Idyll. I. 17. f) Ovid. Met. L. I. Fab. 12. g) Ovid. Met. L. I. 606. h) Hesiod. Theogon. 928. i) Hom. Iliad. XXI, 385. k) l. c. 489. l) Iliad. XI, 509. m) l. c.



*τω ἀγει ἀμφω νεστο ποτι χροσι πωλοβορεση, ambae iacerent in terra pascuosa.* Huc procal dubio digitum OVIDIVS intenuit, canens: q)

*Pro Troia, Romanae, tua Venus arma ferebat,*

*Quum genuit teneram cuspide laesa manum.*

Tandem etiam PARCAE hunc in numerum referendae videntur, quae ex deo Pane et informi illa atque confusa materia, quae Chaos dicebatur, procreatae narrantur,

*ἀνδρων τε θεων τε παρυσθασιας ἐφειροσαι, tam hominum quam deorum delicta persequentes.* r) Sed hic abrumpendum est filium, et nos hoc argumentum verbis CICERONIS nostri finimus: s) *accepimus deorum cupiditates, aegritudines, iracundias: nec dii bellis proeliisque caruerunt: quae omnia et dicuntur et creduntur stultissime, et plena sunt futilitatis, summaeque leuitatis.*

Relictis autem his deorum pugnis, oculos ad ea exercitia conuertimus, quibus commilitones nostri per hunc qui effluxit, annum, in scholae nostrae palaestra feruierunt, neque voluntatem neque facultatem proficiendi sibi deesse, indicantes. Et quidem mensis

IANVAR. die X. in actu publico adfectus mutuo colloquentes inducebantur, ita, ut Theod. Gottl. *Ehrenbays*, Gelenau. et Fridr. Christ. *Rauschelbach*, Roswein de tristitia et gaudio, sermone Hebraico, Io. Gottl. *Irmey*, Spechtshauf. et Aug. Sigm. *Naecke*, Freib. de desperatione et fiducia, dialogo Latino, Christ. Car. *Kanne*, Wolkenstein, de odio belli, carmine Graeco, Car. Christ. *Lutber*, Freib. et Chr. Hier. *Hunger*, Freib. de timore et alacritate, versibus Germanicis, Georg. Henr. *Herrmann*, Freib. et Chr. Henr. *Reichelt*, Freib. de ἀπαθεια et misericordia Gallicae perorarent *Progr.* XCIII, exponebat de Sefach, Ier. LI, 41. d. XXX. orationem Germ. habet Gottfr. Henr. *Ientsch*, Schwarzenberg, de vera ratione atque indole amoris erga focium.

FEBR. d. VI. Gottfr. Imman. *Zacharias*, Frauenst. et Io. Gottfr. *Erler*, Voigtsdorf. verbis Teutonice declamabant de animo sorte sua contento. d. XIII. Io. Gottl. *Bidermann*, Naumb. opponendo et Io. Aug. *Schindler*, Penig respondendo disputabant de lectione Scripturae S nemini interdicenda. d. XXVII Fr. Traug. *Hübel*, Nassau particulam historiae de Christo patiente, versibus Latinis, et Io. Danckeg. *Schneider*, Freib. virtutem ἀνταρκειας sermone Graeco tradebat.

MART. d. V. Io. Georg. *Knebel*, Nidersthoen. cruciatus Christi patientis versibus Latinis, et Ern. Ehrenfr. *Steglich*, Burckardswald. oratione germanicae virtutem, fontem bonae famae, persequerantur. d. XI. valedicebat Io. Gottl. *Kühnel*, Freib. verbis Latinis quaerens: utrum ex diuitiis an paupertate plura vitia nascantur? d. XII. Io. Gottl. *Krause*, Dresd. carmine Germ. tempus memoriae patientis Christi sacrum delineabat.

APR. d. XVI. E. E. *Steglich* et Io. Gottl. *Burckard*, Tannaenberg, de aerenitate poenarum infernalium disputabant. d. XXIII. Io. Cph. *Mosch*, Kleinhartmannsd. germanice de amicitia hominum cum Deo perorabat.

MAI. d. VI. valedicebat Io. Ge. *Knebel*, et Chr. Gottfr. *Schmidt*, Burckardsdorf. iile de hominum desiderio, nominis sui memoriam conseruandi; hic de DEO, optimo futuri temporis prouisore agentes. d. VII. in memoriam defuncti optimi commilitonis Io. Aug. *Schindleri* orationem Lat. habebat E. E. *Steglich*, de morte, rege terrorum. Eod. Chr. Gottl. *Wunderlich*, Culmniz sermone germanico examinabat genuinas verae ecclesiae notas. d. IX. Car. Beni *Gnauck*, Kl. Hartmannsd. Latine de mundi senectute, et Io. Cph. *Einboyn*, Langenau de usu scriptorum profanorum in causa religionis christianaue valedicebant. d. XIV. Io. Gottl. *Grundig*, Herrmannsd. stilo germanico necessitatem precum exponebat. d. XXI. E. E. *Steglich*, Latine delicias veris, et C. G. *Lutber*, excommunicationem Iudaeorum Germanice describebant. d. XXII. Io. Fridr. *Bidermann*, Dippoldisw. Germanico sermone declamans ostendebat, mortis metum vanum esse, et homine christiano indignum.

IVN.

IVN. d. IV. I. G. *Bidermann*, carmine Elegiaco vitium ingrati animi, in exemplo Sackeuillii conspicuum, et d. XI. Io. Gottfr. *Hildebrand*, Freib. vitium elati animi, exemplo Ferrerii insigne, sermone germ. depingebant. d. XVIII. Chph. Lebr. *Grabl*, Koetschbr. Deum ex natura plantarum, et Io. Gottl. *Nendel*, Wegfarth. curam Dei erga pauperes verhis vernaculis demonstrabant. d. XXV. I. G. *Bidermann*, oratione germ. hominem tanquam summum artificium creatoris, et Io. Gottfr. *Richrer*, Sachsenburg. mala confortia circumspesste fugienda considerabant.

IVL. d. IV. in actu publico Io. Gotth. *Geisler*, Freib. valedicebat, habita orat. Lat. utrum lectio diariorum sufficiat ad veram eruditionem comparandam? *Progr. Dn. Conv.* inuitatorium agebat de Systematibus commercii inter animam et corpus. Abeunti gratulabatur Chr. Gabr. *Müller*, Olbernhau. Carmine Germ. de scholis publicis, institutioni privatae anteferendis. Eod. perorabant C. C. *Kanne*, versibus heroicis de fato Georg. Sackeuillii, et Gottlob Fridr. *Wenzel*, Sayd. de fatali fine vitae comitis de Ferreres. *Progr. XCIV.* commentabatur de bellis grammaticilibus? d. IX. I. G. *Erler*, Germ. perorabat de remissione peccatorum, praestantissimo huius vitae thesauro. d. XXV. in actu publico orationes Latinas habebant Chph. Adam *Frey*, Leubsdorf. Gottfr. Imman *Zacharias*, et Fridr. Lebr. *Kummer*, Mutschchen. quibus Orator cum milite comparabatur. *Progr. XCV.* de Chimaeris Scholasticis. d. XXX. I. G. *Bidermann*, de medio in omnibus seruando, et C. C. *Luther*, de infami vitio simulationis, Germ. diserebant.

AVG. d. VI. Fr. Traug. *Hübel*, dissentiendo, et Ioseph *Miible*, Freib. respondendo disputabant; utrum adhuc reuelationes vel expectandae sint vel expetendae? d. XIII. Gottl. Fr. *Wenzel*, et Aug. Sign. *Naecke*, perorabant de eo, quod Scriptura S. de bello sentit. d. XX. Christi. Gottl. *Hain*, Koenigstein, de peregrinis militibus in Germania stilo vernaculo perorabat. d. XXVII. Io. Henr. *Richrer*, Nauendorf, de vero pretio temporum christianorum. Germ.

SEPT. d. III. Io. Gottfr. *Richrer*, veterem deam Victorianam germanice proponebat. d. X. C. H. *Hunger*, Germ. de Samaritanis, et d. XVII. Io. Gottlob *Beyer*, Freib. de amore hominum mutuo, Germ. verba faciebant. d. XIX. Latine valedicebant Ioseph *Miible*, de veterum ratione peregrinandi, Io. Gottfr. *Schmidt*, Hetzdorf. de nummulariis veterum, E. E. *Steglich*, de praefectis Hebraeorum militaribus, et C. H. *Iensich*, de obedientia Spiritui S. praestanda.

OCT. d. XV. Fr. Chr. *Rauschelbach*, de usu eloquentiae germanice diserebat d. XXII. Chph. Lebr. *Grabl*, de molesta sacerdotis prouincia. d. XXIX. C. H. *Hunger*, de prudenti usu temporis.

NOV. d. V. Io. Gottlob *Burckard*, Opponens, et Ern. Amad. *Martini*, Miickenberg. Resp. de perfectione Dei disputabant. d. XXII. Carl Chph. Fr. *Arnold*, Mittelfaid, Germanice de vestigiis signatae pecuniae in Scriptura S. obuui, et d. XXVI. C. C. *Luther*, de bono lucro mali temporis Germ. perorabant.

Ad extremum honesta pietatis officia duorum adolescentum silentio praetermitti non debent, qui auspicio anni nuper initi publicis orationibus prosequi, et, duce Paulo (Rom. XI, 22.) tam iudicia quam beneficia diuina animo et sermone complecti decreuerunt. Et alter quidem,

CHRISTOPH LEBRECHT GRAHL, *Koetschbr. Mifn.*

qui erectioris mentis nobilitatem vultu praefert, voce prodit, ac fronte profitetur, *vestigia irae diuiniae superiori anno passim expressa* demonstrabit: alter vero,

CAROL. CHRISTOPH FRIDR. ARNOLD, *Mittelfayda. Mifn.*

quem virtutes litterarum cultore dignissimae, probitas, industria et modestia inprimis commendant, *documenta clementiae diuiniae adhuc nobis prospicientis*, indicabit.

Adeste igitur, qui a litteris et religione alieni non estis, et hinc armorum strepitus, belli calamitates, rei publicae vulnera, et familiarum cicatrices, hinc autem DEI praesidium, patris caelestis gratiam, atque infinita illius beneficia commotis animis considerate, et eras hora IX. audita in scholae auditorio superiores oratores nostros beneuola auscultatione subleuate, Vestras autem preces nostris cum votis consociate, ut tandem aliquando patria nostra misere dilacerata sanetur, et exoptata tranquillitate perfruatur.

P. P. *Freibergae* d. XII. Ian. MDCCLXI.

Yb 627

22

ULB Halle  
001 508 164



3

(811148)

TA-204

VD 18





MVTVA  
BELLA DEORVM

PAVCIS DESCRIBIT

ET

PATRONOS AC FAVTORES

AD AVDIENDAS ORATIONES

ANNI AVSPICIO SACRAS

ITEMQVE

AD VOTA PRO SALVTE PVBLICA

*FACIENDA*

EA QVA PAR EST PIETATE

OBSEQVIOSE INVITAT

M. IO. GOTTLIEB BIDERMANN. R.

*FREIBERGAE*, Litteris IO. CHRISTOPH MATTHAEL.

XCVI,

